Citare promiserint tunc recedentes quilibet eorum a suo proprio et competenti
foro. Coram officio presenti Castrensi Premisliensi cum se Castrensibus presentibus respectu
Cum suis cororibus ac bonis suis omnibus hereditariis quo ad respondendum
inscriptionis presenti satisfaciendum subjiciunt et incorporant semper in primo
citationis termino tanquam peremptorio stare iuri parere et loco
sponsionis pro vadio pro quo pars partem citaverit reipsa ab officio
non recedentes tunc quod opus fuit satisfacere contentaque inscriptionis presentis
implere et exequi debitumque et omne indicatum pati tenebitur et eius posteri te
nebuntur. Terminus ipsum primum peremptorium et alios subsequentes
Causae et causarum terminos nullis modis colloribus dillationibus ad
quietationem actionis pro maiori vero vel simplici infirmitatibus tum eiusdem
eiusdem prescriptionibus suspensionibus penitentiarum et tertium marcarum
ac legatibus quibusvis impedimentis statutisque et constitutionibus lau
datis et laudandis differentibus prolongationibus et evacuationibus excipientibus iuris sed
Successoribus omnibus iuris remediis Motionibus appellationibus earumque
universis prosequutionibus ut a renuntiatione sua et suorum successorum sub
amissione totius causae vel litis vadii seu vadiorum quo vel qui
bus solutis utique inscriptionis presenti tunc quod opus fuit satisfacere tenebuntur
et eorum posteri erunt astricti. Nulla tamen prescriptionem premissis obstante.

Cingulator recedit ab

Inscriptione Castrensi Premisliensi

Coram officio et actis presentibus Castrensibus premisliensibus personaliter comparens
Providus Lazarus Cingulator suburbii Civitatis Premisliensis incola
subditus Sacrae Maiestatis Regiae Tenutae quondam Joannis Thomae Drohojowski
A Drohojow Capitanei Premisliensis A iure et foro suo proprio recedens
sive vero iurisdictioni Castrensi premisliensi se cum successoribus ac bonis suis
omnibus quo ad actum presentem attinet incorporans et subjiciens vanus
mente et corpore eius principalem libere atque expressum recognovit

Quod ab inscriptione Castrensi Premisliensi sibi per providos Thymulio
et Marussa providi Jwan Sartoris consortem cum consensu et assisten
tia personali eiusdem mariti sui suis et providae Hasziae sororis suae germa
nae Coniugis vero providi Hrycz pileatoris incolae civitatis premisliensis
subditos Sacrae Maiestatis Regiae Tenutae praefatae Capitanei Premisliensis nominibus
super summam Decem Marcarum pecunie in bonis ipsorum sectionis vigore Sor
tulania ex opposito portae Civitatis Premisliensis nuncupatae Castrensi penes
vallum eiusdem civitatis Premisliensis sitis modo oblatio facta iam exunc
ob perceptam et manualiter levatam summam predictam de qua ipsum presentibus
quietat liberumque a crimine cum ipsorum successoribus facit et pronunciat perpetuo
recedit tandemque inscriptionem Castrensi premisliensi cum omnibus conditionibus
punctis clausulis et articulis cassatam nihilat mortificat obliterat temporibus
perpetuis. Acte bonis predictis ea ipsa inscriptione oneratis iam exunc
ipsis uti bonorum eorundem litanis heredibus pastisque illorum cedit et conde
scendit perpetuae sibi et suis posteris conceptis sorum silentium imponens cui
terminum presentis recognitione mediante. Quod memoriali firmatum est.

Oblata quietationis

Capitanei Premisliensis A Mlodziciowski thesaurario curiae

Ad officium et acta presentia Castrensia premisliensia personaliter veniens Nobilis Caspar
Modrzewski famulus quondam Joannis Thomae Drohojowski A Drohojow
Premisliensis et Capitanei nomine eiusdem oblatis officio presenti Literas papi
reas infrascriptas quondam Jacincti Mlodziejowski Curiae regni The
saurarii Krzyzowiensis et capitanei titulo ac sigillo suis munitas
et obsignatas petens quatenus officium Literas eiusmodi suscipiat actisque
presentibus inseri curet. Officium tunc presens Castrensi premisliensi visis ipsorum
literis salvis illesis omnique suspitionis nota carentibus, iuridice praefati
Caspari Modrzewski postulationi ex parte memorati quondam Joannis Tho
mae Drohojowski A Drohojow Capitanei Premisliensis factae annu
endo Literas eiusmodi suscepit actisque presentibus inseri fecit. Quarum